

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XVII. De Legitima Patronorum tutela.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

defertur Agnatis (Jure Novellarum Cognatis æque) scilicet existentibus in Gradu 1.) diverso, ita ut proximior excludat remotiorem, §. 7. I. h. VII. §. b. 2.) eodem omnibus, *d. §.* ex iis tamen *v. N. 118. c. 5.* unus vel plures, qui administrarent, Auctoritate Magistratus eliguntur, Periculo Tutelæ omnibus imminente. *d. c. Hodie* ad non confirmatos Periculum Tutelæ haud pertinet. *d. R. §. d. A. 1577. t. 32. §. 2.* JURE SAX. Agnati Cognatos excludunt, ceu *resp. F. J. L. Mens. Jan. 705.* & inter plures Agnatos Senior reliquis præfertur. *R. l. 1. art. 23. Weichb. a. 49.*

TIT. XVII.

De Legitima Patronorum tutela.

Ex ratione Legis 12. Tabb. quæ tutelas agnatis idcirco defert, quia heredes ab intestato sunt, inductum est, ut patroni libertorum suorum tutelam susciperent: quæ ideo legitima dicitur. l. 3. D. de legit. tutor.

Ex Ulp. l. 3. pr. §. l. 1. pr. ff. d. legitim. tut. **E**X eadem Lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. Quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea Lege de hac tutela cavetur; sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis Legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, jufferat Lex ad patronos, liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres, voluisse Legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & agnatos, quos ad hereditatem Lex vocat, eosdem & tutores esse jufferit: quia plerumque, ubi successionis est emolumentum, ibi & tute-

tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus *plerumque*: quia si a fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor.

I.

Tutela legitima Patronorum, ob Commodum Successionis, a. L. 6. §. 1. ff. d. V. S. (a) Patronis eorumque Liberis in Libertos impuberes defertur. § un. f. b. (b) Ea non nisi ad Mancipia Turcica a Dominis manumissa applicari potest. Cæterum ex Argumento hujus §. Successori plerumque (excipiuntur Fœminæ L. f. ff. d. (c) tut.) Tutelam imponentis 1.) deficientibus Agnatis, Domino Feudi Tutelam injungunt. a. 1. f. 24. 2) In Saxonia ad eos, qui simultaneam Feudi Investituram habent, Tutela devolvitur. §. Un. I. h.

TIT. XVIII.

De Legitima Parentum tutela.

Exemplo patronorum recepta est alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit. Ex Ulp. l. 3. § 10. ff. de legib. tut.

- (a) Verbum ex Legibus sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis. L. 6. §. 1. ff. d. V. S.
- (b) Fœminæ Tutores dari non possunt, quia id munus masculorum est. L. f. ff. d. tutel.
- (c) Plerumque ubi Successionis est emolumentum, ibi Tutela onus esse debet. §. Un. f. b.